

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Voluntas e
cum uariis

Quia Deus cor querit, cor inspicit, intus testis est, iudex, approbator, adiutor, coronator; sufficit ut offeras uoluntatem. Cum potes, ore confitere ad salutem; cum autem non potes, corde crede ad iustitiam; corde laudas, corde benedicis, corde in ara consciencie uictimas sacras imponis; et respondetur tibi: Pax in terra hominibus bone uoluntatis.

Augustinus super Psalmum CXXXIII.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

approbator] approbatur L²; potes] pores L¹; corde] ore P V¹ V² L¹ L²